

quem pertinet corundem administratio, partem singulis singulatam fideler eligiri, nec posuisse abque violatione justitiae commutative pauperes fraudare ea quarta parte preventuum que iuxta ejus eis disciplinam erat pauperum indigentis sublevandis definita: quod quidem onus ex ea profuerit iustitia virtute, illi in locis in quibus nondum facta est preposita divisio, etiamnam incumbit Episcopis, Abbatibus, aliis beneficiariis, quorum ecclesiasticis redditibus sunt illi admixti, pauperibus, aut Ecclesie fabrica juxta prijsam institutionem attributis. Ex quibus proprieis si aliquid sibi usurpare, sunt iusti rei alieni detentores, & tenentur ad restituitionem.

IV. In praesenti indivisa haec bona beneficiorum sunt. Ergo iustitia vinculo ligati sunt beneficiarii ad distribuenda pauperibus superflua. Et primum jam inde a principio peracta divisionis administratio portionis pauperum penes Episcopos semper, & beneficiarios remansit. Numquam pauperum certui assignata fuit portio redituum ecclesiasticorum. Numquam pauperes fugiunt portiois administratione, & dominio potiti sunt. Sed Episcopi, & beneficiarii aut seipsum, aut ministerium opera, portionem hanc, quammodo major, modo minor erat, iuxta maiorem, aut minorum reddituum abundantiam distribuebant. Hoc ex plurim Conciliorum decretis queruli tom. 2. diff. 6. c. 18. evidens est. Pluribus in locis pauperes in tabulis, seu matriculis Ecclesiarum descripsi erant, & matriculari vocabantur.

V. Heine luculentur confitit quam sit chimaericum commentum quod sibi singulat oppositae doctrinae patrini. Existimat isti, redditus ecclesiasticos vivum quoddam esse stabile, & permanens, tributum in partes quatuor, ad praelens usque tempus consistere, nulli obnoxium vicisitudini. Existimat pauperum portionem de vivo detraheant, & re separant in pauperum devni domini. Quod commentum quam si vanum nemo non videt. Redditus ecclesiastici sub iunctum fidei Episcoporum commissi in communis posidebantur, & ab Episcopis ministeriorum opera singulis, prout opus erat, dividebantur. Regisficiente charitate, & Ecclesiasticorum avaria invalecenti, Episcopi aliqui, neglegit pauperibus, Ecclesiarum cultu, Clerique, in suis & consanguineorum profanos usus, facios provenientes converentes, omnia suis fauibus deglutiabant. Tunc Conciliorum decretis partio redituum sacramentorum separata fuit, Clero, Ecclesia cultui portiones separatis consignatae fuit; sed pauperum portio bonis beneficiorum permixta, singulis annis taxata ab ipsi beneficiariis conferbatur pauperibus. Sacri redditus illis mutationibus, quibus omnes res temporarie, subiecti fuit. Temporis successu juxta augmentum vel decrementum reddituum, qui a Christi fidelibus in dies conferbantur, crecebant, aut diminuebant pauperum portio. A tempore primae divisionis ad hanc ulque atatem nostram innumeris sunt instituta beneficia, Episcopatus, Capellani &c. Amplissima præmia, fundi, censu, & ingentia bona Ecclesie donata sunt. Quando nam de illis

dempita fuit pauperum portio? Quisnam economus, aut dispensator, praeter Episcopos, & beneficiarios, institutus? Evidens ergo est pauperum portionem semper & iterum semper immixtam permanuisse bonis beneficiariorum.

VI. Confirmat ea quæ diximus luculentissima ratio à facto evidenti repetita. Cujuscumque seculi Pontifices, Concilia, Patresque voces exaltarunt adversus Episcopos, & beneficiarios, quod pauperibus subvenire negligebant. Iitos semper derangerunt tamquam Chirilli, & pauperum matrimonii dilapidatores. Confuse omnia Concilia, & Patres ab antiquo ad hoc usque tempus nullibz invenies vel leve vestigium, quod aliquis acnomus sine dispensatore portionem pauperum, distinctus à beneficiariis, increpatu fuit ut infidelitas, & dispensationis reus in sua administratione. Verum semper exprobabant Episcopos, & beneficiariis infidelem pauperum portionis administrationem: istos solos accusant, improbant: istis solis pauperum curam tamquam patribus committunt & praecipiunt: istis solis verant ne pauperum patrimonio ditescant, aut divites efficiant consanguineos, aut in luxum, fastumque Christi redditus convertant. Hoc idem docent posterioris atatis Patres, & Doctores, Petrus Damiani, Gratianus, Bernardus, Raymundus, Thomas, Bonaventura, Albertus Magnus, Alesius, Antoninus, Bernardinus, Paludanus, ceterique communiter. Quid quod adversarii numquam indicare potuerunt administratorum portionis pauperum distinctum à beneficiariis, vel portionem pauperum separatam à bonis beneficiorum extare, vel extitisse? Quod quidam effuerint portionem pauperum ad hospitalia pervenisse, chimaera est manifesta. Quis Patrius, quodam Conclitum unquam redarguit, aut increpatu hospitalia, quod non distribuant redditus beneficiorum, Episcoporum, pauperibus? Percurramus omnia beneficia tum episcopalia, tum parochialis, tum capitularia à sex & amplius seculis. Provoco adverterios ut vel unius beneficij jactante divisionis documento prodant. Perhabet beneficiarii divisionem reddituum ecclesiasticorum, quo nunc percipiunt; & continuè illos abolivimus à debito non solum iustitiae, sed etiam charitatis elemosynæ distribuenda. Si enim iusta divisio est, nihil superflui ergandi habent. Sed documenta authentica adferre debent. Quid? Frater excludere ne fratrem posset à communis patrimonii portione eidem debita, nisi evincere documentis & quidem luculentis, divisionem factam sufficere, sumaque portionem jamdiu habuisse? Nihil perniciiculos esse propinarent, si divisionem obtruderent peractam iv. aut v. seculo, quando hodierna beneficia needum instituta erant. Non fecis ac si frater excluderet ceteros fratres à patrimonio communis divisione, quia iure gentium à tot seculis inventa fuit divisio omnium bonorum.

VII. Evidens ergo, compertumque manet pauperum portionem Episcoporum, & beneficiariorum redditibus permixtam esse, ejusdemque solos beneficiarios administranda onere devinctos esse.

Quo

Quo posito hoc conscient argumentationem. Adversarii ipsi uno ore fatentur, sublata divisione honorum Ecclesie, beneficiarios iustitiae vinculo astringi ad ergonda superflua in pauperes. Divisione data chimærica est. Ergo concedere necessarium coguntur, hodie beneficiarius ex debito iustitiae obstringi ad dispensanda superflua in pioribus, & in pauperum subdium.

VIII. Argumentationes ineluctabiles sunt, rationum momenta invicta. Verum avaritia, ambitione, superbia ita mentem dementant, ut nec lucem meridianam videant finit. Accedit auctoritas quorundam Casuistorum, qui licet communiter obligent beneficiarios ex debito charitatis ad ergonda superflua, & ob istius præcepti violationem reos eternam damnationis pronuntiant: tamen non defutare. Probabilitas qui etiam à præcepto charitatis liberant beneficiarios. Lefsius, Baunius, & alii ad eo communem doctrinam laxarunt, non doceant solo præcepto ecclesiasticum teneri beneficiarios ad dispensanda superflua. Vel ipse Diana tom. 4. tr. 7. c. 20. inquit: Ego huic sententia non assenser, cum sit contra communem, & omnium respondam esse puto. Vel ipsi laici chiristiani naturali præcepto charitatis tenentur dispensare pauperibus superflua. Et Lefsius, & Baunius ab hoc præcepto liberant ipsos beneficiarios. Si plura cupis, consule tom. 2. diff. 6. c. 18. & seq.

## LIBER XIII.

### DE MATRIMONIO, CENSURIS. & statu Religioso.

#### DISSERTATIO I.

##### De Matrimonio.

##### CAPUT I.

###### De Matrimonii essentia, & institutione.

I. S. Augustinus lib. 1. de Adulti conjug. ad Polentium inquit: Quassionem de conjugi obsequiis, & implicatis manu non necis. Nec audeo profiteri omnes finis ejus vel hoc in opere, vel audeo me adhuc explicare, vel iam posse, si urgeat, explicare. Tempore Augustini, haec tunc, nostra sententia negat matrimonium ante adventum Christi sive verum sacramentum. In latiore vero significatu sive sacramentum, concedunt omnes, cum in ipso innocentia statu institutum in signum fuerit coniunctionis Christi cum Ecclesia. Hoc nunc ex oibis meis, & caro de carne mea .... Quam obrem relinquere bono patrem suum, & matrem, & adhuc erit uxori sue, & erunt duo in carne una.

Gen. 2.

II. Coniunctionis maris cum femina matrimonium potius, quam matrimonium antiqui appellarent, quod femina sit parere, nutrire, & educere sobolem. Nuptia quoque vocantur matrimonium à nubendo, & coniubium, & conjugium à communij jugo cui ambo vir, & mulier subjiciuntur.

III. Matrimonium tripliciter spectatur. 1. ut contractus naturalis, 2. ut contractus civilis, 3. ut sacramentum novæ legis: Absoluta describitur: Coniunctionis maritalis viri, & femina inter legitimas personas, individuum vita consuetudinem retinent. Additur vero, ut est sacramentum, divisione instituta in signum coniunctionis Christi cum

Tom. II.

fideles abstinentes per procuratorem celebratum, sit verum sacramentum? RESP. Adfirmant Soto, Ilambertus, Gottli, Turnely, & alii plures. Negant Victoria, Canus, Cajetanus, Catharinus, Vanyroy, & alii. Hęc secunda sententia mihi est probabilior. Nullum quippe sacramentum inter abstinentes celebratur. Nec minus presentes contrahent.

T 2

tos

tes requirunt hæc verba *Ego vos conjungo* &c. quam præsentem penitentem requirunt hæc alia *Ego te absolvio*. Usum absolutionis datæ absentia damnavit Clemens VIII. Responder Tunely absolutionem datam absentia non esse contra naturam sacramenti penitentia, & dari posse nisi obstat proibitio Clementis VIII. Hæc responsio futilis videatur. Ex arbitrio ne Clemens VIII. damnavit, præfata opinionem? Eam damnavit, quia hac verba *Ego te absolvio* requirunt penitentem præsentem. Validum itaque erit matrimonium in ratione contractus naturalis, & civilis in iure inter absentes per procuratorem; at verum sacramentum non esse mihi est probabilis.

X. Matrimonium infidelium post promulgationem evangelicæ legem non est sacramentum. Similiter sacramentum non est matrimonium fideli cum infidele, ut mihi probabilis videatur. Si infideles conjuges convertantur ad fidem, illorum matrimonium non evadit sacramentum juxta probabilitatem sententiam: quia posterior intentio non potest efficere ut contractus initus, qui non fuit sacramentum, postea evadat.

XI. Matrimonia catholicorum cum hereticis illicita omnino sunt, ut fatetur omnes Theologi. Nullum verò jus illa irrita declarat.

## CAPUT II.

*De materia forma, & ministro sacramenti matrimonii.*

I. QUÆST. I. *Quenam est matrimonii sacramenta?* RESP. Plures septem recentiores possem Theologorum opiniones in designanda materia, & forma istius sacramenti. Sed his missis, cum S. Thoma, cui communiter Theologi subscrivunt, dico esse actus contrahendum. Hæc sunt in *Sapp.* q. 42. a. 1. a. 2. ejus verba: *Sacramentum matrimonii perficit per actum ipsius qui sacramento illo uitetur, sicut penitentia. Et idcirco fecit penitentia non habet aliam materiam nisi ipsi actus sensui subiectus, qui sunt loco materialis elementi, ita sicut de matrimonio.*

II. QUÆST. II. *An Sacerdos assistens contrahentibus fit sacramentum minister, ejusque verba habent rationem formæ?* RESP. Duae sunt sententiae, & utraque suos gravissimos patronos haberent, etiam in schola Thomistica. Gonet, Gotti, & alii plures docent ipsos contrahentes esse hujus sacramenti ministros, eorumque verba esse sacramentum formæ.

III. Contra, ipsum Sacerdotem assistentem esse sacramentum ministrum propugnant gravissimi Guillielmus Parisiensis, Melchior Cano, Cardinalis Toletus, Petrus Ledesma, Petrus de Marca, Maldonatus, Franciscus Sylvius, Aëtius, Nataлиis ab Alexandro, Tunely, Le-Druin, Gilbertus, Herminier, Du-Hamel, Juvenit, Florentinus de Coq, Vanroy, Pietre, Bannez. Hisque argumentis evincunt hanc suam sententiam.

IV. Tridentinum *sift.* 24. c. 1. de Ref. statut: *ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus viri & mulieri interro-*

*garit, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicatur: Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: vel alii utrue verbis juxta receptam uaniusq[ue]que provincig ritum. Satis perpicuum colligi hinc videtur, Sacerdotem esse hujus sacramenti ministrum, & verba quæ profert, esse formam. Concilium enim verba ueranda præscribit, vel alia juxta cuiuscumque Ecclesiæ ritum. Ibidem subdit, hanc benedictionem à proprio Parochio faciendam effici. Plura alia Concilia, ut Coloniensi, Cameracensi, Remensi, Turonensi, quæ refert Sylvius, prætereo.*

V. His accedunt Ritualia plurima. Romanum vetus an. 1494. à P. Castellano O.P. collectum. Alterum Romanum Pauli V. iussu editum, hæc verba *Ego vos conjungo*, &c. preferenda à Parochio hujus sacramenti ministro præscribit. P. Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus tom. 2. lib. 1. c. 9. pluraria alia in hanc rem affecta. Unum laudare sufficiat Mediolanense, in quo S. Carolus Boromæus *Ad. p. 4.* hæc intent curavit, nempe quinque duntur: *esse sacramenta, que Parochus ex officio administrare potest: Baptismum, Eucharistiam, Penitentiam, Matrimonium, & Extremam Unctionem.*

VI. Luculentius confirmat hæc sententia argumento quod solidum responsum non excipit Lutherani, & Calvinista negant matrimonium esse sacramentum, & scripturarum testimonia, quibus nos evincimus esse sacramentum, acutis cavillationibus eludere student. Cedo. Quibus nos illorum commentari rationibus explodiumus? Non sanū alii, nisi apostolica, & universalis Ecclesiæ traditione omnium Patrum, & Conciliorum. Porro Patres omnes una voce sacras vocant nuptias, quia sacra Sacerdotis benedictione consecrantur. Patrum testimonio deditom. 10. lib. 2. dif. 1. c. 9. ubi legi possunt.

VII. Reponunt adversarii, benedictionem Sacerdotis, quam Patres omnes, requirent, necessariam utique esse Ecclesiæ mandato, tamquam ceremoniam accidentalem ad maiorem nuptiarum solemnitatem, securus ad sacramentum esse necessitatem divino precepto impositam. Responsio hæc falsa est mihi. Respondeant adversarii. Unde nos ex traditione argumenta hauriemus, ut contra protestantes evincamus matrimonium esse sacramentum, si recensita responso consideret? Profecto si benedictio Sacerdotis, qua consecrari nuptias Patres omnes affirmit, ut ad sacramenti dignitatem matrimonium evectum ostendant, si mera accidentally ceremony, delunt nobis præfisia omnia ex traditione arcetis, quibus contra Novatores denegantes matrimonium esse sacramentum, pugnemus. Sublata quippe tradizione universalis Ecclesiæ, que est legitimus factus Scriptorum interpres, inter nos omnino sumus in certamine, & causa cadimus contra eosdem Novatores.

VIII. Præterea sacramenta sunt sacra Religionis ceremonia: & id est sacramentum opus est Religionis. Porro non quodlibet rei sacra signum est sacramentum, sed illud dumtaxat quod factum est. Cum igitur matrimonium solis vici &

sciemæ verbis civiliter, & profane contrahitur, licet rei sacra signaculum sit, non est tamen sacra religione opus, atque adeo sacramentum propriè dictum. Alioquin & serpens æneus, & manna in deserto sacramenta dicenda essent. Ergo connubia absque sacro ministro, & sine sacra Religionis ceremonia sacramenta non sunt.

IX. Quid plura? Concilium Florentinum enumerat septem sacramentis novæ legis ita definit. *Hec OMNIA sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tantum materia, verbis tamquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum.* Si horum unum defit, sacramentum non perficitur. *Quis sacramenti minister ordinarius, sine quo sacramentum non perficitur?* Ipsi conjuges? Homines iaci ordinarii sacramentum ministrati? Mulier necessitate urgente baptizat, at ordinarius minister illa non est, sed sacerdos. Soli sacerdotes consecrati sacramenta. Ordinis sunt legitimis dispensatores mysteriorum Christi, ut Apostolus Paulus 1. Cor. 4. inquit: *Sic nos eximimus bono ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Quo ergo hæc adiunctorum hæc potestas vales administrandi sacramenta matrimonii, quod magnum mysterium ab eodem Paulo numeratur, ut illi mulieri, cui ne loqui quidem in Ecclesiæ permititur, adscribatur? Unde colligunt adverte sententia patroni laicos contrahentes esse sacramenta ministri ordinarii? Ex quo Scripturarum testimonio, ex quo Concilii, ex qua Patrum traditione evenerunt diversam esse sacramenta matrimonii, ac exterorū omnium rationem? Nullum profecto sacre antiquitatis monumentum adducere valent. Omnium ceterorum sacramentorum minister ordinarius Sacerdos est. Christus in nova lege matrimonium ad dignitatem sacramenti evexit. Cum ipsis sacramenti factis ministri non instituti Sacerdotem? Ratioscium foliū, & perspicuum evincit, ut sic ut ad aliorum sacramentorum dignitatem matrimonium evexit, ita sicut & ceterorum sacramentorum Sacerdotes ministri instituti, ejusdem quoque matrimonii instituerit Sacerdotess. Hoc evidenter ratio demonstrat, hoc confirmat traditio. Ut hac universalis regula, jutioque principio eximant sacramentum matrimonii, non sufficit unum, aut alteram conjecturam, aut ambiguum testimonium affiri; sed requirant luculentissima testimonio, & exceptio manifesta.

X. Conjuges sacramentum matrimonii suscipiunt. Sacramentorum quæ in sola actione consistunt, minister à suscipiente distinguuntur. Nemo enim baptizare, confidere, absolvere scipsum potest. Qui ergo fieri potest ut conjuges suscipientes sacramentum matrimonii simili ministri sint? Nam aut quilibet contrahens sibi, aut unus alteri sacramentum administrat. Non primum, quia, ut dixi, nemo sibi administrare sacramentum in actione sicut potest. Si secundum, duo efficuum sacramentum: neque enim sacramentum ita dividuum est, ut unus minister una partem, & alius minister alteram partem perficiat. Nam licet conferre tertio simili in eodem instanti duo ministri queant sacramentum: tamen percipi nullum.

## CAPUT III.

*De conditionibus consensu mutui ad matrimonium necessariis.*

I. QUÆST. I. *An ut matrimonium sit validum requiratur utriusque conjugi consensu RES.* Adfirmant omnes. Consensus iste interius, sincerus, & non fictus, liber non coactus, ab exteriori immunis, & publicus, atque signo exteriori

manifestatus sit oportet. Nullo enim modo sufficit consensus internus, nisi signo exteriore manifestatus sit. Quia consensus sit materia est sacramenti, quæ necessariò sensibilis esse debet. Ex primi autem exterius consensus sit debet aut verbis, aut notibus clare consensum internum indicans. Peccant tamen regulariter illi qui loquuntur, omisiliis verbis, nutus, aut alia signa adhibent. Excipe pueras nimis verecundas, que hodie perquam rarae occurunt.

II. Consensus fictus & simulatus internus, licet verbi exterius expressus, non sufficit ad matrimonium. Peccat mortaliter qui fictè, & simulatus contrahit, & obstringit verè & sincrè consenserit. Neque afferent fidei & simulatus se contraxisse fides adhibetur in aliquo tribunal, nec habenda est, sed penitus potius plecti sita meretur. Et hujusmodi simulatores abholendis minime sunt, donec verum & sincerum consensum dederint.

III. Si fictè cum prima contraxit, & postea simulator sincero, & vero animo contrahat cum secundis, judex ecclesiasticus jubet ut maneat cum prima quia iudicium jus profert secundum ea que apparent, & presumuntur. Ceterum, si cum prima revera coram Deo fictus situs consensus, & sincerus cum secunda, tunc debet patiis (inquit S. Thomas in supp. q. 45. a. 4. ad. 3.) excommunicacionem sustinere quam ad primam uxorem accedat, vel debet in alias remotas regiones fugere. Secunda enim in hoc casu effet vera uxor. Et quandiu certa, & indubitate argumenta apparent fictionis cum priore feminam, tunc judex ecclesiasticus imposita penitentia, & danni illatis priori feminæ reparazione, absolvere reum, & nullum declarare primum matrimonium debet.

IV. Proles ex filio matrimonio suscepit legitimam habenda est, inquit si fictio probetur, ut docent omnes. Quandiu unus conjugum certò seit prius matrimonium iudicis sententia disoluendum, esse coram Deo validum, nequit secundum conjugium inire.

V. QUÆST. II. An consensus metu extortus nullum efficiat matrimonium? RESP. Multiplicem metum Theologi distinguunt. Alius gravis est, qui concipitur de aliquo malo gravi imminentie, ut est mors, exilium, carcer, mulieratio; vel gravis effe potest ex vehementi apprehensione timoris. Mulier potest esse grave malum quod viro levi est. Levis timor est de levii malo in se, tum respectu personæ timoris. Præterea aliis est timor à naturali interna causa ortus, qui ob vitam servandam, vel ob penam aeternam fugiendum ad agendum impellit. Alius, qui à causa exterius agente proficitur. Et hic duplex est: aut enim causa exterius agens est tantum occasio, ut est tempestas maris respectu mercatoris; aut causa exterior directè timorem incurrit, ut latro qui pugione distrecto mortem minatur, nisi pecunia eidem confignatur. Iusper alius metus justus est incusus à iudice, vel legistimo. Superior ex iusta causa; ut cum iudex violatorem pueras conjicit in carcere, obstringitque ut eam ducat in matrimonium. Alius est injustus, qui

absque iusta causa incutitur. Alius tandem metus reverentialis, qualis est filiorum erga parentes.

VI. Matrimonium celebratum ex metu gravili iniuste incusso nullum est, & ictuum, ut omnes fidentur: quia pugnat consensus iste tali metu extortus cum perpetua animorum concordia, & benevolentia. Nullum est hoc matrimonium iure ecclesiastico, juri naturali quam maximè consentaneo, ut probabilitus mihi videatur. Matrimonium contra ex metu justè incusso five ex causa naturali interna, five externa, validum est, sicut & matrimonium ex levi metu celebratum.

VII. Heine 1. qui concubinam mortis causa ducit, validum contrahit matrimonium. 2. qui damnatus ad mortem iustè, si ab aliquo postulatur ad nuptias ut mortem declinet, validè contrahit. 3. validum quoque est matrimonium illius qui justice mortem comminante, aut carcere, deflorat ducit.

VIII. Sempronius passus injuriam à Tito obfutum, aliudre crimen, minatur illum accusare apud iudicem, nisi tali puerla nubat: matrimonium nullum effet: quia nullum jus Sempronius haber ad cogendum Tition ut talem puerlam ducat: quamvis ius habeat cunctum accusandi obfutum. Qui injusto metu compulsa nupstit, reddere debitum non teneret.

IX. Matrimonium coacte intum per liberum consensum validum evadit, dummodo in altera parte quæ liberè contraxit, perseveret consensus. Temporales domini, ac magistratus, qui directè vel indirectè timorem gravem injunctè incutiente, ut aliquis cogant ad contrahendum matrimonium, sive ipso facte excommunicati à Concilio Tridentino sese. 24. c. 9. de Ref.

X. Consensus conditione limitatus nullum efficit matrimonium. Quare si quis dicat: Accipio te in meam uxorem, si pater meus consenserit: matrimonium nullum est, quia conditio suspendit consensem. Conditiones generales & necessariae, ut si dicas, Ducas te, si Deo placuerit, nullo modo suspendunt matrimonium. Si sint impossibilis & turpes, que matrimonii substantiam non inserviant, pro non adjectis habentur. Omnes conditions quæ inserviant substantiam matrimonii, nullum illud efficiunt, ut sunt istæ: Accipio te in meam, si nulos mihi generis filios, si generationem devitaveris, si sterilitatis venenum sumperis, si adulterandam te prolixiteras. Contraho tecum usque dum veniam, ditorcum invenero. Ita, similes conditions ipsam perfundit matrimonii substantiam, nullum efficiunt.

XI. Si matrimonio, aut sponsalibus apponuntur conditiones de praesenti, aut de preterito, posita conditione subsuntur sponsalia, & matrimonium; sublata conditione, (sponsalia, & matrimonium nulla sunt: ut si dicas, Accipio te in meam, si sis virgo, si sis primogenita, si parentes tui consenserint, si sis mobilis, si sis legitima). Si consummato matrimonio deprehendatur tempore contractus initì non fuisse virginem, nec legitimam, nec nobilem, nec primogenitam, matrimonium nullum est: nec copula carnalis validum

ef-

efficere potest. Si quis dicat, Accipio te in meam, si pater tuo placuerit, sciebatque patrem esse mortuum, conditio pro non adiecta habetur; si vero ignorabat patris mortem, necessarius est novus consensus, ut matrimonium sit validum. Nullum quippe est ratione primi consensus conditionati, quia conditio suspendit effectum. Si pater vivat, rataque, quia ei placeat contractus, tunc vale matrimonium. Si deprehendatur tacere, quia ei displicerit, tunc contractus nullus est. Si dubitatur cur taceat, suspendens est contractus, donec se declaret. Si contentiat, & postea dissentiat, validum est matrimonium, dummodo perseverent in voluntate contrahendi ulique ad consummationem patris. Prudentia tamen opus est, & spectacis circumstantiis colligendum est, num patris consensus plenus, & verus revera fuerit. Immoderata prudentia, has conditiones, utpote dubitationes scaturigines, in tanti momenti contractu, matrimonio videlicet, esse omnino reciendas, & aut absolute contrahendum, aut a talis contractu abstinendum.

XII. Conditio honesta contraria bonis matrimonii matrimonium nullum efficit; ut si contrahant sub condicione perpetua castitatis, tunc nullum jus ad copulam datur. Hoc autem iure sublato nullum est matrimonium. Nam licet conjugi cum matrimonio positis intentio non petendi debitum, si tamen hoc deducatur iuxtam substantiam matrimonii destruitur. B. Virgo, & Patriarcha Joseph absolute contraherunt, & mutuum corporum potestatibus transfluerunt, nulli adiecto pacto reciprocō, quamvis animalium habuerint ab omni carnali copula abstinenti, Deo sic illuminante corundem mentem.

XIII. Qui impedimento dirimenter irenti contrahant, adiecta condicione, si Papa dispensaverit, conjugium conditionatum efficuum; sed ejusmodi matrimonium conditionata numquam admittenda sunt, sive impedimentum sit ilorum a quibus dispensate Papa soleat, sive alterius generis.

XIV. Illis verborum formulis exprimendus consensus est que juxta morem patris declarant consensum verum, sincerum, reciprocum, & de praesenti, ut sunt ejusmodi: Accipio te in meam uxorem: duc te in meum maritum, &c.

## CAPUT IV.

De proprietatibus matrimonii, & de polygamia simultanea, & successiva.

I. QUÆST. I. An vinculum matrimoniale sit indissolubile? RESP. Adfrinant omnes Catholici. Firmitatem, & perpetuitatem ab ipso nature jure repeunt. Theologi cum S. Thom. in Suppl. q. 7. art. 1. Hanc naturalem perpetuitatem suo divino iure Deus confirmavit March. 19. Itaque Janus non sunt duci, sed una caro.... Quod ergo Deus conjunxit, homo non separabit.

II. QUÆST. II. Quid de matrimonio infidelium dicendum? RESP. Verum, & legitimum matrimonium, prout est contractus naturalis, & civilis, contrahit apud infideles certum est. Quando ambo coniuges convertuntur ad fidem, cognoscunt. Proles est matrimonii finis. Sacramentum indissolubilitatem significat, & confirmat. In fine igitur coniugio unius cum una intelligitur.

III. Unitati matrimonii opponitur polygamia simultanea, seu uxorum pluralitas. Penes omnes convenit polygamiam qua una feminam numeret pluribus viris, esse contra ius naturale tum

primarium, tum secundarium. Disputant si ius de polygamia qua unus vir plures dicit uxores, num adveretur iuri naturali, & divino.

III. Communis Theologorum sententia est polygamiam adverteri iuri naturali. Advertendum tamen est, ius naturale aliud esse invariabile, & immutabile cuiusmodi sunt prima & universalia principia, que primævum naturæ finem speant. In his nulla cadit dispensatio, nulla interpretatione. Quæ enim hoc iure prohibentur, intrinsecus mala sunt. Aliud est ius naturale variatione obnoxium ratione temporum, & circumstantiarum. Varietatem haec fides Deus universæ naturæ juris conditor, & sapientissimus comprehensor, atque moderator cognoscit. Idcirco ille solus dispensare, seu verius interpretari, & declarari valer, quando & quomodo homo huic sit iuri obnoxius.

IV. Heine habet quomodo Deus in veteri lege SS. Patriarchas dispensaverit ut simul plures haberent uxores. Nomen tamen uxoris duplicitate accepit in Scriptura sancta, i. in proprio significatu, sub quo venit prima uxor solemniter adducta, quæque mater famulis nuncupatur, & speciali honore prædicta erat, ejusque filii hereditatis paterna succedebant. 2. in latiori significacione, prout erant secunde uxores, que præfatis carebant privilegiis, & concubine etiam appellabantur.

V. Christus Dominus in Novo Testamento sustulit hoc privilegium habendi plures uxores, ut perpetua, & universalis Ecclesiæ traditio docet, & Tridentinum definitum fff. 24. can. 2.

VI. Moranites, quibus accessit Tertullianus, damnarunt polygamiam successivam, seu secundas nuptias. Catholicæ Ecclesiæ numquam prohibuit secundas, & ulteriores nuptias. Primitus Ecclesiæ fœcilius Ecclesia Graeca severè patientia subjecit bigamos, & trigamos.

## CAPUT V.

De indissolubilitate vinculi conjugalis, & de divorce.

I. QUÆST. I. An vinculum matrimoniale sit indissolubile? RESP. Adfrinant omnes Catholici. Firmitatem, & perpetuitatem ab ipso nature jure repeunt. Theologi cum S. Thom. in Suppl. q. 7. art. 1. Hanc naturalem perpetuitatem suo divino iure Deus confirmavit March. 19. Itaque Janus non sunt duci, sed una caro.... Quod ergo Deus conjunxit, homo non separabit.

II. QUÆST. II. Quid de matrimonio infidelium dicendum? RESP. Verum, & legitimum matrimonium, prout est contractus naturalis, & civilis, contrahit apud infideles certum est. Quando ambo coniuges convertuntur ad fidem, cognoscunt. Proles est matrimonii finis. Sacramentum indissolubilitatem significat, & confirmat. In fine igitur coniugio unius cum una intelligitur.

III. Unitati matrimonii opponitur polygamia

re absole contumelia. Creatoris cum marito defiderat. Communis sententia adfimat, cum nulla extet lex qua talen cohabitationem prohibeat. Concluendo tamen opposta obtinet, vi cuius illicita est talis cohabitatio, nisi prudenter speratus uxoris conversio.

III. Quando unus conjugum ad fidem converitur, altero in infidelitate persistente, si proles sit dolis capax, sua fructus libertate. Si ratio nis uero dicitur sit, sequi parentem conversum ad fidem Christi debet. In dubio an proles predicationis uero sit, in Religionis favorem judicandum est.

IV. QUÆST. III. Si conjux infidelis conficiat pacifice habitare cum conjuce fidei, potest ne fideliis conjugi aliam ducere? RESP. Adfimat Bellarminus: ali negant; ali distinguunt. S. Augustinus lib. 1. de Adult. conjug. cap. 25. absolutè negat. Similiter Innocentius III. cap. Laudemus negantem sententiam defendit. Si autem conjugi infidelis pacifice cohabitare nolit absole contumelia Creatoris, tunc conjugi fidelicte, illo d. seruo, aliud in fine connubium potest, ut expresse. Thomas docet in Suppl. q. 59. art. 5.

V. Quando unus infidelus ad fidem convertitur, matrimonium non solvit per Baptismum, sed per nuptias subsequentes. Quare si infidelis pervicias ante matrimonium à fideli conjugi contractum, secundas celebraret nuptias, nullae sitae essent: & si ad fidem converteretur conjugi isti, separandi essent. Quoniam privilegium dissolvendi vinculi conjugalium in favorem dumtaxat fideli, non infidelitas concessum à Christo est, ut habetur cap. Quinto de Divortiis. Similiter si fidelis post monitum infidelum conjugem obstinatum in infidelitate contrahat matrimonium, deinde istud secundum solvatur per mortem conjugis; tunc fidelis sit non teneretur redire ad priorem conjugem infidelum, etiam ad fidem convertere. Quoniam cum prius matrimonium legiūne solutum fuerit, liber omnino fidelis evasit: atque adeo non tenetur ad priorem conjugem conversum redire in casu mortis secunda uxoris.

VI. QUÆST. IV. An matrimonium iudicorum per libellum repudiū nullum evaserit? RESP. Alii adfimant, negant alii. Christus Dominus Mth. 19. s. Moysen permisit libellum repudii ad coram Iudeorum durissem. Non ergo licitum repudium erat. Ergo vinculum matrimoniale non solvabatur. Et hanc negantem sententiam perficie docent SS. Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Ilidorus, Teophylactus. Et hanc sententiam communiorē appellat S. Thomas. Sed tanti non est ut discuti longius debeat.

VII. QUÆST. V. Utrum matrimonium Christianorum per adulterium dissolviatur? RESP. Negant Catholicci omnes. Et veritas haec aperiè traditur in Evangelio Luc. 16. 19 ubi haec habentur: Omnis qui dimisit uxorem suam, & aliam ducit, mechat. & qui dimisit duxerit, mechat. Quæ verba sic disponuntur, ut facilius intelligantur. Quicunque dimisit uxorem (quod non licet nisi ob fornicationem) & aliam duxerit, mechat. Fornicatio licitam facit dimissionem, minime

verò novi conjugii celebrationem. Ultima verba Evangelista rem perspicue declarant. Qui dimisit duxerit, mechat. Dimitti uxor non potest nisi ob fornicationem, ut omnes fatetur. Qui ergo dimisit fornicationis causa ducit, mechat. Ergo non solvit vinculum conjugale. Accedit perpetua Ecclesiæ traditio.

VIII. QUÆST. IV. Solvit uxor ne Christianorum matrimonium ratum non consummatum, per sollemnem professionem Religionis approbat? RESP. Adfimant Catholicci omnes, & haec veritas definita est in Concilio Tridentino s. 24. can. 6. his verbis. Si quis dixerit matrimonium ratum, & non consummatum, per sollemnem Professionem Religionis profesionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit. Hæc Concilii definitio universa, & perpetua Ecclesiæ traditionis nütur.

X. Utrum Pontifex dispensare à matrimonio rati vinculo queat, disputatur in utramque partem Theolog. Illud penitus omnes convenit, gravissimas urgere causas debere, & solum ob maiorem Ecclesiæ utilitatem, & decorum dispensare Pontifices posse à praefato vinculo.

X. QUÆST. VII. Utrum matrimonium Christianorum ratum, & consummatum dirimatur per ingressum in Religionem? RESP. Negant sententiam communis est, & vera. Quoniam Ecclesia declaravit solum matrimonium ratum solvi per professionem monasticam. Si unus conjugum adulterium perpetraret, ingredi religionem innocens conjux potest, vel vovere castitatem perpetuam, quia ob adulterii crimen jus habet perpetui divortii. Unus tamen conjugi ex consensu alterius conjugii ingredi, & proficeri Religionem potest; conjux tamen consenserens, & remanens in saeculo, si senex sit, votum castitatis emittere; si juvenis, ingredi Religionem deberet, ut statutor cap. Cum si. Marius invita uxore, five ante, siue post consummatum matrimonium nequit factis ordinibus initiari. Si invita uxore suscepit sacros Ordines, redetere, non potest debito posset. Contentiente uxore fieri marius Sacerdos valet, dommodo ipsa uxor approbatam Religionem proficatur, ut statutor cap. Sanz de Conv. conjug.

XI. Disputant quandoman consummatum matrimonium dicendum sit. Alii dicunt, facta penetrationem vasim mulieris sine feminis effusione; sed probabilior opinio, & communior requirit feminis effusione in mulieris vase. Copula habita ante matrimonium non sufficit ad matrimonii consummatum: matrimonium enim non per fornicationem, sed per copulam matrimoniale perficitur.

XII. QUÆST. VIII. Quid sit divortium, & an in utroque conjugi jus ad illud par sit? RESP. Divortium est separatio à toto, in quo distinguitur à repudio, quod vinculi dissolutionem inferit. Divortium licitum est adulterii causa adfimant omnes. In utroque conjugi jus ad divortium par est, quia in iis quæ ad torum attinet, utriusque conjugis iura paria sunt. Conjugi innocens facta divortio, aut vovere castitatem, aut ingredi Religionem potest, invito conjugi reo. Conjugi vero reus nec vovere castitatem, nec ingredi Re-

li-

ligionem potest, quamdiu conjux innocens jus reiñerit illum revocandi. Si tamen conjux innocens non contradicat, valet mutatio status à conjugi rei facta. Si judicis sententia detraha fœmina rea in monasterium fuerit, biennium conceditur innocenti ut deliberet si revocare illum vellet. Intra hoc biennium fœminæ professio nulla est, elapsio biennio valida habetur.

XIII. QUÆST. IX. Quibus in casibus licitum divortium est inter Christianos? RESP. Licitum est 1. ex iuris que conjugi consensu, studio sanctioris vita 2. adulterii causa 3. immoderata fœtua, si publica, & manifesta sit; iusta est divortii causa; si occulta, exceptanda est iudicis sententia; à thoro tamen separare se potest, sed non à domo dicdere. 4. Si subversionis periculum uni conjugi imminentia ex cohabitatione, non modo licitum, sed necessarium divortium est. 5. Si alter conjugi à fide defecerit.

XIV. QUÆST. X. Quot sunt casus in quibus est fornicationem licitum divortium non est? RESP. Septem. 1. Maritus non potest a uxori fornicaria separari, si ipse similius fornicarius sit. 2. Si ipse uxorem profluerit. 3. Si uxor probabiliter virum absente mortuum credens alteri nupserit. 4. Si latenter ab alio cognita est uir sub specie viri lectum subintante. 5. Si fuerit vi oppresa. 6. Si maritus adulterio confitis carnaliter uxorem cognoverit. 7. Si matrimonio in infidelitate contracto, vir dederit libellum repudii, & uxor alteri nupserit. Si tamen uterque convertatur ad fidem, tenuerit vir eam recipere.

XV. Sola voluntas adulterandi non sufficit ad divortium: immo neque tactus, & oscula. Disputant plures, num copula carnalis ab liquefactione effusione causa iusta divortii sit. Negant aliqui; sed contraria sententia communis, & vera est. Sodomia scelus sufficiens est divortii causa. Conjugi secretus adulterus nequit petere divortium à conjugi adultero publico. Qui enim secreto adulteri est, reus est, non innocens. Ergo petere divortium nequit. Conjugi innocens certus moralius de altero conjugi adultero, negare ante iudicis sententiam debitum iure valet; nequit tamen à conjugi adultero discedere, non expectata iudicis sententia. Tenuerit conjugi innocens divortium facere a uxori adultera, nisi repudifar, ut Scriptura Sancta docet Proverb. 18. Qui tenet adulteram, statutus est, & impius. Uxor tamen non tenetur discedere, quia haec impedire nequit maritum, neque eamdem coercere, sicut maritus uxorem. Disputatur uter conjugi gravius peccet. Si impudicitia spectetur, gravius est adulterium in viro quam in muliere, inquit S. Augustinus lib. 2. de Adult. conjug. c. 8. Si iniustitia consideretur, uxor adultera scelus peccat ob prolis incertitudinem, unde gravia sequuntur absurdia.

## CAPUT VI.

De Sponfaliis, eorumque conditionibus.

I. QUÆST. I. Quid sint Sponfalia? RESP. Sponfalia, de quibus in præsens, sunt promis-

li-

tae. II. Quibus verbis contrabenda

*sponsalia sunt?* RESP. Verbis, aut signis, quæ clare manifestent mutuum consensum, ut sicut hæc: *Promitto, me obligo, in fide mea te ducam in uxorem. Taciturnitas non sufficit. Qui tacet consentire videtur valet tantum in favorem proprium, secus ad onus subendum. Tuus enim valet hec alia regula: Qui tacet, non consentire, nec dissentire videtur. Absolutè verba adhiberi debent. Ceterum juxta nationum diversitatem signa haberi loco verborum possunt.*

V. Infanti, amantes, ebræi, infantes sponsalia contrahere nequeunt: quia hæc, ut dixi, requirunt libertatem immunem à coactione, & à metu cadente in virum constanter. Sordi, & muti à nativitate, si tali prædicti sint in intellectu quo percipere queant quid sint sponsalia, quid matrimonium, contrahere sponsalia valent, ut colligatur ex cap. *Cum apud, &c.* de spons. Surdus enim & mutus confiteri, & absolvit potest. Qui tamē simul cœsus est, contrahere non posset, quia nulli signis intrui posset, ut perciperet quid sint sponsalia, quid matrimonium.

VI. QUÆST. III. *Quæ atavæ requiriuntur tum ad sponsalia, tum ad matrimonium contrahendum?* RESP. Septenaria requiriuntur complectum ad sponsalia, quia communiter hac artate resulget ratio nō lumen. Ad matrimonium vero quatuordecim in viris, & duodecim in feminis anni necessarii sunt. Qui ante pubertatis annos completos contrahunt matrimonium, peccant mortaliter, ut habeat, *c. 2. de Spons. impub.*

VII. QUÆST. IV. *Quando tempus præfinitum sponsalibus non est, celebrari ne illico matrimonium debet?* RESP. Sponsalia obligant sub mortali ad matrimonium contrahendum, ut dictum est. Quandò tempus præfinitum est intra mensim, annum, &c. neuter alterum cogere potest ante elapsum tempus. Quando vero tempus præfinitum non est, contrahi matrimonium debet statim ac commode potest. Si plus iusta dirimirat, qui est in mora culpabilis, peccat. Quoniam sponsalia prebent jus ad matrimonium futurum. Ergo dilatatio istius juris est injuria privato. Specienda tamen circumstantiae sunt. Quando una pars plus iusto differt, compelli in foro interiori à Confessario debet, ut omnes fatentur, nisi aliqua iusta, & gravis causa obstat. Ad forum externum quod attinet, meo consilio nunquam judex cogere vi ad matrimonium celebretur; sed portius suadebit parti volenti celebrare matrimonium ut renuntiet ejusmodi sponsalibus. Matrimonium enim est animorum coniunctio, quæ abesse libertate non constitit. A prudentia Confessarii, & iudicis rotum hoc pender negotium. Judex tamen cogere tenetur, ut pars lega ex dissolutione sponsalia reficiatur.

VIII. QUÆST. V. *Utrum licitum sit sponsalibus adicere obligationem ad penam?* RESP. Postea altera positiva, ut si quis obliget se perdere centum aureos, nisi ducas Bertam; altera negativa, ut si quis promittat centum se daturum pueræ, si fecum nubere velit, secus non daturus: vel si testator relinquit pueræ legatum, si tali nuperit, aliquin legatum amittat. Priorem pos-

niam prohibet jus canonicum, & invalidam constituit, ut ex cap. *Gemma*, de spons. patet. Obstat enim talis pena libertati matrimonii. Neque partis resiliens imponenda pena est ob eandem rationem. Liceat enim in aliis contrahibus licet imponi ejusmodi penæ valeant; quia tamē matrimonium est animorum vinculum, & quidem perpetuum, cuius felicitas à concordia, & benevolencia pender conjugum, prudenter Legislatores omnem penam posse ruram prohibuerunt. Si apposita fuerit, pars resiliens non tenetur cum solvere.

IX. QUÆST. VI. *An dissolvi mutuo consensu sponsalia queunt?* RESP. Sententia ad firmans communis est, quando utraque pars libere consentit. Si una pars ab altera dolo, fraude, meru, importuni precibus remissione obligationis extorqueret, non maneret ab obligatione contrahita immunitus. Quando vero reciprocus consensus sincerus, & liber est, dissolvi sponsalia queunt etiam juramento firmata, quia juramentum istud naturaliter contractus sequitur. Quare cessante contractu cessat juramentum. Impuberis dissolvere mutuo consensu sponsalia nequeunt antequam ad annos pubertatis pervenient. Pubertate acquisita reclamare ambo, vel unus illorum potest, & sponsalia rescinduntur, licet altera pars renuat. Si adeo pubertate statim, vel, ut sicut, post triduum non reclamaverit, nequepot posse ad unius pars reclamationem sponsalia dissolvi, sed necessarius est utriusque pars consensus mutatus. Si unus prius altero pubertatem aequaliter, continuo resilire valet, non expectata alterius parti pubertate. Si pubes cum impuber sponsalia contrahat, nequit recedere à contractu; impuber vero nauctus pubertatem resilire valet. Quando impuberis contractus sponsalibus pubertatem aequaliter, non est necessarius novus consensus, sed initius contractus perseverat, quia non retractatus. Reclamatio etiam privata sufficit. Si tamen sponsalia coram Episcopo, vel Parochio contracta fuerint ab impuberibus, tunc ad redimendam vexationem reclamatio in foro exteriori fieri debet.

X. QUÆST. VII. *An post sponsalia contracta juramento firmata posse altera pars licite ingredi Religione?* RESP. Si licitus ingressus est post matrimonium ratum, posteriori jure licitus est post sponsalia etiam juramento firmata: quia juramentum sequitur naturam contractus, qui per Religionis ingressum solvit, acque adeo etiam juramentum. Pars que remanet in faculo, continuo ac altera pars ingressa Religionem est, remanet libera, quia qui ingreditur, cedit juri suo. Qui vero ingreditur, ligatus manet ulque ad professionem: ita ut si pars, quæ remanet expectare velit, & ingressus redeat ad scelulum sine professione, impleri sponsalia debent. Solvuntur quoque sponsalia per susceptionem sacramentorum Ordinum. Neque peccat qui post sponsalia sacros Ordines suscipit, quidquid in oppositum aliqui dicant, quia semper in sponsalibus inclusa hæc conditio est, nisi ad meliore statum transferatur. Similiter dissolventur sponsalia per votum aut ingredi-

tionem gredienda Religionis, aut suscipiendo Ordines laicos.

XI. QUÆST. VIII. *Licitum ne est contractis sponsalibus emittere finis ex casu?* RESP. Evidet hoc voto, dissolvi sponsalia respectu partis qua non volet, convenienti penes omnes, quia votens cedit iuri suo. Disputatur dumtaxat de parte voente, num licite volet, liberque evadat ab onere sponsalia. Negant sententiam favecenti nuphis defendant Læsius, Laymanus, Castropalus, Sanchez, qui plures alios refert auctores: quiescam, inquit, nequit Deo promitti quod debitum erat homini. Vi sponsaliorum corpus debitum erat homini. Ergo nequit Deo promitti. Quam sit robusta hæc ratio nemq; non videt.

XII. Adfirmant sententiam defendunt graves Theologici, Cajetanus, Suarez, Vazquez, Azorius, Gonci, Pontius, Ledesma, & alii plures. Hac sententia mili est probabilis, dummodi abit dolus, & fraus. Quoniam semper in promissione facta homini, quæque statum spectat, includit conditio, nisi eligere meliorum statutum inferiendi Deo. Calibus autem melior est statu matrimonii, ut omnes fatentur. Nec ratio opposita sententia urgat quidquam: quoniam votum istud non est in damnum tertii, cum omnes creature Deo subiectæ sint. Neque vi sponsalium debitum evadit corpus homini absolute, cum in eisdem includatur dicta conditio melioris statutus. Caput *Veneti*, quod opponi solet, loquitur de muliere vafa, quæ votum emiserat post dilatationem matrimonii, ut sponsum eluderet.

XIII. Matrimonium sublegens dicitur sponsalia præcedentia, ut omnes fatentur. Pecat tamen mortaliter qui post initia sponsalia, matrimonium etiam alio vel alia contrahit. Si invalidum sit matrimonium, contrahens ligatus manet, & tenetur ex parte sua sponsalia implere: & si dampnum intulit parti, relarcere illud astingitur.

XIV. Matrimonium sublegens validum non solum suspedit sponsalia, sed eadem dicitur, ita ut mortuo conjugi non tenetur implere sponsalia, ut mihi probabilis videatur. Sponsalia preceperunt nullo modo per posteriora dissolventur, sed posteriora invalida omniò sunt, etiam si juramento firmata esset. Semper tamen pars innocens libera manet, ut licet alteri nubere possit.

Quid, si secundis sponsalibus copula accederet carnalis, & non accesserit in primis? Si secunda sponsa leiebat priori sponsalia, hac non dissolventur, quia sponsæ decipi voluit. Si contra sponsalia ignoravit, & revera decepta fuit sub spe futuri matrimonii, tunc valida esse secunda sponsalia mihi probabilius videatur, & hac secunda virgo deflorata ducenta esset. Quamquam, ut supra dixi, rare sunt virgines qui invitæ, & deceptæ deflorantur. Et ideo rarus est casus in quo subsistant secunda sponsalia. Qui secunda sponsalia celebat, si priora, quæ valida erant, ex aliquo capite secinduntur, non tenetur implere secundam utroque nulla: quia quod ab initio fuit nullum, tractu temporis non convalecit.

XV. QUÆST. IX. *An sponsalia dirimantur*

*auct per temporis dilatationem, aut per unius sponsi absentiam, vel domicili mutationem?* RESP. Si tempus sit præfinitum ad finiendam obligationem, elapsa tempore sponsalia dissolvi possunt à parte innocentia, fecus à reo. Si tempus sit indefinitum, non dissolventur per temporis dilatationem; nisi validè nimis foret, & altera pars instaret. Disputant auctores, an unus annus, an biennium, an triennium reputari debet sufficiens intervalum ad sponsalia dirimenda? Regula certa prescribi hujus dissolutionis nequit. Spectanda est sponsalia annis, conditio, status, & plures aliae circumstantiae.

XVI. Dissolvi sponsalia per dissellum in regionem longinquam, etiam animo redundi, communis est opinio, & colligitur ex cap. *De Ilo* 3. de Spons. Leges civiles que obligant sponsam expectare biennium redditum sponsi in eadem provincia absens, & triennium, si abit in provinciam alienam, correcta sunt per jus canonicum. Forum conscientia præcipue in hac materia spectandum est. Si conscientie sponsa sponsus abiit, illa expectare tenetur donec relecta juxta præfinitum tempus. Similiter si conscientie sponsa, domicilium mutetur, substitut sponsalia; fecus si ipsa incisa id fiat. In his omnibus antequam solvant sponsalia confundens semper Parochus est.

XVII. QUÆST. X. *Quenam sunt causa supervenientes que sufficiunt ad sponsalia dirimendas?* RESP. Hac est regula generalis, que communiter assignatur. Quoties gravis mutatio, vicissudo, circumstantia emergit, quæ cognita, & prevista ante contracta sponsalia impedimento sufficeret non contractus celebraretur, sufficit ad sponsalia præcedentia, ut omnes fatentur. Peccat tamen mortaliter qui post initia sponsalia, matrimonium etiam alio vel alia contrahit. Si invalidum sit matrimonium, contrahens ligatus manet, & tenetur ex parte sua sponsalia implere: & si dampnum intulit parti, relarcere illud astingitur.

XVIII. Defectus notabilis pulchritudinis quam predicta sponsa erat tempore contractus, & postea deformis facta est, causa sufficiens est ad sponsalia dissolventia, quia cum puella notabiliter deformis prudens sponsus non contraxisset. Hebas crimen, flagitium infamiam partens, gravis iniurie, rixa inter sponsos, & cetera quæ sufficiunt ad separacionem à thoro, multò magis sufficiunt ad dirimendam sponsalia. Similiter quilibet impedimentum sive diutinem, sive impediens, quod matrimonio contrahendo adversatur, sat est ad sponsalia rescindenda. Similiter paupertas gravis supervenientis uni sponsorum, qui tempore contractus divitis afflatabat, sat est ad dissolventia sponsalia. Si tamen sponsa haberet integrum designatum dorem, & sponsus dives esset, licet perfringent alia sponsa bona, tunc non videtur sufficiens causa dirimendi sponsalia. Quod si uterque sponsus pauper factus sit, tunc postori jure sponsalia dissolvi, quia difficultas tunc onera ma-

rimonii possent sustineri, docent Pontius, Rebello, Leander, Salmanticenses. Sed hoc abolutè verum non est. Quando ambo sunt pauperes, æqualis est utriusque conditio. An valida non sunt inter pauperes sponsalia, dummodo sponsi habiles sint ad panem lucrandum, quo se, & proletare queant? In præxi tamen faciliè dissolvit debete ejusmodi sponsalia, & ipse iudicis. Quia divites facti pauperes nimis moleste sustinent paupertatem, & difficile inducuntur ad laborem. Et preterea dives sponsi factus pauper fortè a matrimonio abstineat vult, & tales sapienti debent. Quare causas similes prudenter Parochi subiiciendi sunt, ut spectatis circumstantiis judecat quid in Domino expiat. Illud est certum peccare illos qui matrimonium contrahunt, nisi probabilitate prævideant se posse acquirere illa, quæ ad onera matrimonii sustinenda necessaria sunt.

XIX. Si unus sponorum valde dicitur fatus, altero remanente in situ, in quo contracta sponsalia sunt, non dissolvit sponsalia nisi probabilitus est. Nulla quippe tunc deceptio in eo quod factus dicitur est. Fornicatio contracta post sponsalia illa dirimit tam respectu sponsi, quam sponsæ, quia uterque fidem sponsalium ludit: & licet surpius flagitium sponsa commitat, non tollit tamen quia sponsi forniciatio sufficiat ad dissolvendam sponsalia. Si tamen pars innocens velic matrimonium contrahere, sponsalia constiunt. Quando uterque forniciatur, dissolvit sponsalia possunt, quia non datur mutua compensatio, eo quod fornicatio sponsæ longè turpior sit, & infamiam inferat sponso. Sponsa vi oppresa post sponsalia iure reicti a sponso valet, quia gravis, immò gravissima mutatio contigit.

XX. QUEST. XI. Quæ cause antecedentes dirimunt sponsalitatem? RESP. Plures sunt, quæ si ignorarentur à contrahentibus, dissolvere sponsalia possunt, secus si notæ illis essent. 1. Si vir nobilis, & dives promittit pueri pauperi, ignobilis, &c. putans esse divitem, nobilem, &c. 2. Fornicatio præcedens sponsæ, primum innotesci sponsæ, dirimit sponsalia. Contra forniciatio occulta sponsi nullam infamiam irrogat sponsæ, & ideo hæc absolute non dirimit. 3. Causa accidentalis ignorata, quæ dedit cauam contrahit, jus prebet parti innocentis ut resiliere à contractu, jus premitur. 4. Sponsa ignobilis reparatur nobilis, pauper creditur dives, deformis pulchra, corrupta censetur virgo: si contrahere sponsalia velit, tenetur hos defectus patetacere, quia si illos occularet, deciperet sponsum in re gravi. At non tenetur infamare se ipsam. Verum habet. Sed neque decipere proximum iure potest. Quid ergo? Abstineat à contractu. Ceterum si initæ contractum velit patetacere occultos graves defectus debet. Hoc in venditione equi, vaccæ, alii observatur a viro reverè christiano.

XXI. QUEST. XII. Quis iudex legitimus dirimenti sponsalitatem? RESP. Est ecclesiasticus, nempe proprius Episcopus, vel eius delegatus. Parochus in foro contentio non est iudex. Si causa occulta sit, possunt sponsi propria auctoritate resiliere à contractu. Si sponsa rea sit fornicationis occulta

debet moneri, & suaderi à sponso ut recedat; si nolit, potest eam vocare ad judicem: si infameatur, ipsa in causa est.

XXII. Causa quæ assignatur pro dictimendis sponsalibus, debet esse moraliter certa. In foro exteriori utriusque partis confessio sufficit. In foro interiori unus testis fidelius sufficit. In foro quoque exteriori si causa sit impedimentum dirimenti, aut impediens, sufficit unus testis gravis, si deinde dignus. Verum hæc ad fori ministros attingent.

XXIII. QUEST. XIII. Peccant ne mortaliter filii qui incisi, & invitis parentibus, sponsalia, vel matrimonium contrahunt? RESP. Adhucant communiter Theologici, & Canonizati. Si enim honorare, reverenter parentes filii debent, siisque obediere, sanè illsdem obedire, cosique honorare in negotio omnium gravissimo, unde pender vita institutum, familiarium pax, conservatio civitatum, & regnarum, astringuntur. Cogere tamen parentes nequeunt filios, ut hanc prie alia dicant. Filii sub gravi culpa consulere parentes debent super matrimonio contrahendo. Parentes vero instruere filios debent, ut dicant sponsam pudican, honestam, mortaram, libique parentum tum in divitiis, tum in status conditione. Matrimonia tamen invitis parentibus celebrata valida sunt, licet illicita.

## CAPUT VII.

*De matrimonio clandestino, & de proclamationibus que procedere matrimonium debent.*

1. QUEST. I. Quid sit matrimonium clandestinum? RESP. Est illud quod celebratur absque præsencia Parochi, & testium, ut colligitur ex Tridentino sess. 2.4. c. 1. Ante Tridentinum valida erant matrimonia clandestina. Ea invalida Tridentinum declaravit ob gravissimas causas. Pugnari enim ejusmodi matrimonio cum fidei servanda inter conjuges. Qui enim clam, & sine testibus contrahere, facile à præstito consenseret. Ceterum queant: & una pars impunè defereatur alteram potest, cum nullum adduci testimonium queat. Proles quoque incertitudini subjicta est. Tandem sacramenta dignata violatur, nexus, & vinculum.

II. Ecclesia declarando invalida matrimonia clandestina, non immutavit sacramenti effectuam, sed ut sacramentum dignè celebraretur conditions apposuit, quibus sublati, inhabiles contrahentes ad sacramentum celebrandum declaravit. Matrimonium clandestinum neque vim sponsalium habet, ut communis sententia docet.

III. QUEST. II. An in aliquo casu post Tridentinum validum sit matrimonium clandestinum? RESP. Infideles etiam subjecti civili potestati Principium catholicorum, initè matrimonium queant absque solemnitate prescripta à Tridentino. Similiter matrimonia fidelium clandestina, ubi non est receptum Tridentinum, validam sunt. Lex enim non acceptata non irritat contractum. Ubi vero Tridentinum receptum est, nullus datur casu in quo matrimonium ab aliis præsencia Parochi, & testium validum sit. Si Parochus desit,

## Diff. I. de Matrim. Cap. VII.

quamvis centum adessent testes, nullum est matrimonium.

IV. Peregrini transfeentes per loca ubi promulgatum est Tridentinum, tenentur contrahere coram Parocho, & testibus. Peregrini dicentes à locis ubi promulgatum est Tridentinum, & transfeentes per loca ubi Tridentinum non est receptum, validum contrahere matrimonio document plures, peccare tamen istos mortaliter affirman. Ego validum afferere non audierem ejusmodi matrimonium, cum posset contrahi coram Parocho, & testibus.

V. An vero opinatur qui docet, Catholicos qui infraudem audeat ea loca ubi Tridentinum non est promulgatum, posse validum celebrare matrimonium?

VI. Hæc opinio penitus falsa mihi est, & Concilio Tridentino adversa. Poterunt ergo Catholicici ad hæreticorum, aut infidelium loca transire, ibique clavis contrahere, & in patriam reducere alium matrimonium inire. Hoc enim, inter alia, est absurdum, quod Tridentinum mones conquisiti matrimonia clandestina. Non facit fraudem, inquit Sanchez, qui iurit iure suo. Verum habet. Sed unde haber, Catholicos jus possidere circumveniendi gravissimum Tridentini legem, quo inhabiles declarat Catholicos ad ejusmodi occulta matrimonia contrahenda? Negat itos hoc iure potest.

VII. Fideles degentes sub infidelium tyrannide, si habere præsentiam Parochi nullo modo valent, adhibent saltem testes; ut eo quo valent modo legem servent. Hoc enim modo impediunt posteriora adulterina conjugia, quod absurdum inter alia vitare Tridentinum intendit.

VIII. Catholici subiecti Principi hæretico post celebratum matrimonium juxta leges Tridentinum, nequeunt se sibi minister hæretico assidenti ut minister ecclesiastico, & sacro: idem se sibi valent, si assisterat ut minister pollicatus, & civili, ut declaravit Sac. Congr. S. Officij die 29. Novembr. 1672. relata à BENEDICTO XIV. lib. 6. de Synodo c. 5. n. 4. Quam declarationem confirmat ille cons. 89. §. 1. Bull. rom. 1. ubi fidelibus degentibus in regno Serviæ, finitimiisque regionibus, prohibet post celebratum matrimonium ritu catholicó, illud renovare ante Caddi, nisi ceremonia nuptiarum explenda coram Caddi esset actus mere civilis, nullaque contineret superflitionem matemachicum.

XI. QUEST. III. Quis sit Parochus prescrip-  
tus à Tridentino? RESP. Parochus proprius esse debet saltem unius contrahentium, vel Sacerdos de ejusdem licentia. Usus obtinet pluribus in locis ut matrimonium celebretur in parœcia famina, quando vir est alterius Parochi; debet tamen iste habere literas testimoniales sui Parochi de consuetis proclamationibus. Proprius autem Parochus non originis, sed domicili est. Quis sit Parochus domicili, dictum alias est. Extra propriam Parochiam, vel Diœcesin Parochus assisteret matrimonio suorum parochianorum potest; sed debet petere licentiam à Parochio loci, ut militi probabilius videtur. Quis sit vagorum Paro-

chos,

chus, dictum est aliis.

X. QUEST. IV. Qui præter Parochum, vel Sacerdotem ab eo designatum, assister matrimonio valent? RESP. Assister possum Episcopi in suis Diœcesibus, Archiepiscopi in Diœcesibus suffraganorum quandò actu visitant, Cardinales in Ecclesia sui Tituli, Legati pontifici in Provincia legationis, Capitulum Sede vacante, sive ejus Vicarius, Abbates Ecclesie nulli Episcopo subiecta Vicarius Generalis Episcopi.

XI. Licetque vi, meo gravi cadente in vi-  
rum constantem, fraude extortæ, ut Sacerdos assister matrimonio, nalle sunt, & nullum efficiunt matrimonium, quidquid in opositum alii dicunt. Libera enim, & expressa sit hac licentia optaret.

XII. QUEST. V. Utrum ad valorem matrimoniū requirantur duo testes? RESP. Adhucant omnes, nullum esse matrimonium contractum coram Parocho, & uno teste: quia Tridentinum præter Parochum duos testes praeficunt, qui præficiunt physica, & morali adest debent, & utriusque conjugum consensum percipere; & debet esse testes, & contestes simul cum Parochio.

XIII. Parochus vi, dolo, metu vocatur ne assister matrimonio: validum ne hoc matrimonium dicendum est? Adhucant communiter recentiores, & plures declarations Congregatiois Cardinalium adducuntur. Quibus, si authenticæ sint, subscribo. At his præcis, invalidum militi videtur hoc matrimonium, cui Parochus dolo, fraude, metuè cadente in virum constantem coadius assisteret. Nam vota Concilii sunt ut liberè hoc sacramentum celebretur. Metus gravis incusus sponsis nullum efficit matrimonium, ut dictum est supra. Quidni, & incusus Parochi? Peccare illos mortaliter qui coram Parochi vi, aut dolo retento, aut transfeentes, & eis assisterentes, contrahunt matrimonium, docent omnes. Quid si Parochus oculos clauderet, aures obturaret, & protelaretur le nec videre, nec audire quid agatur? Etiam tum valere matrimonium, affirmant Salmanticenses, Leander, & assertur ex Farinacio Declarations Cardinalium, præcis his declarationibus, quæ authenticas esse difficulte credo, nullum dicere ejusmodi matrimonium. Standum tamen decisionibus est, si authenticæ sint.

XIV. QUEST. VI. Quæ præstat Parochus de-  
bet in matrimonii celebrationi? RESP. Interrogare primum contrahentes debet, velint ne munio se conjugere. Auditio illorum reciprocum consensu conjugee illos debet verba pronuntiando præscripta a Concilio: Ego vos in matrimonium conjungo, &c.

XV. Peccaret ne mortaliter Parochus omis-  
sens haec verba, Ego conjungo, &c.? Negat Sanchez. Verum nuptiarum benedictio, & verba re-  
lata, vel similia, quibus Parochi conjungunt contrahentes, sunt unum ex potissimum sacra tradicio-  
nis momentum, quo Catholici evincunt contra hæreticos matrimonium effici sacramentum. Quo ergo fundamento quisquam præstat verborum formulam rem levem vocat? Non preferunt my-

V.

ix.

terium magna significationis, cum portendant conjunctionem Christi cum Ecclesia? Præterea an non valde probabilis est sententia, quæ defendit, illa verba formam esse sacramenti? An in perficiendis sacramentis tutor opinio feligenda non est?

XVI. QUÆST. VII. An denuntiations futuri matrimonii fin necessariae necessitate sacramenti, an precepti? RESP. Non est necessariae necessitate sacramenti, adfirmant omnes; et vera precepti? RESP. Nec est necessariae necessitate sacramenti, adfirmant omnes; et ut videtur esse res gravias, nec valde congruens progressus matrimonii? Matrimonio Catholicorum sacramentum est; et beneficio Sacerdotum non est valde congruens? Quidquid ne plenum aurum offensionis continetur in his verbis, judicent sapientes. Peccant igitur, et quidem mortaliter, qui ante beneficium matrimonium consummavit.

XVII. Quicumque fecit aliquid impedimentum quod probari per testes posset, tenetur sub gravi culpa illud manifestare, ut omnes docent. Si sit occultum, quod probari per testes nequeat, aliqui negant teneri quempiam ad illud patetendum; sed sententia adfirmans communis est. Quilibet enim parere Superiori præcipienti astrictur. Sed Parochus promulgans denuntiationes, legitime præcipit manifestanda impedimenta inter futuros conjuges. Accedit quod revelanti impedimenta non incumbit probatio.

XVIII. QUÆST. VIII. Peccantem conjugem, si consummum matrimonium ante benedictionem nuptiarum? RESP. Negant aliqui. Sed Concilium Tridentinum horum*sef. 1. c. 1.* ne in eadem domo cohabitent ante sacrae benedictionem in Ecclesia suscipiantur. De hac benedictione Sicutius Papa in epist. ad Himerium cap. 4, haec scribit*Illa Beneditio quam nuptia Sacerdos imponit, apud fidates cuiusdam facilius infarctus, si illa transfiguratio vixit.* Similia scribit Hormilda Papa; & Concilium Carthaginense IV. relatum 2. p. Dc. 30. q. 5. c. 5. inquit: *Sponsus, & sponsa cum benedicti sunt à Sacerdoti, à parentibus, vel à parentynis offerantur, qui cum acceptent benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.* Ita loquuntur omnes Patres, & ex Patrum traditione evincimus contra hæreticos matrimonium esse sacramentum, ut supra indicatum est.

XIX. Ut data occasione lectores intelligent quām differet SS. Patrum doctrina modus opinnandi plurimū Casuistarum, audiant quæ post P. Sanchez scribit P. Viva q. 4. art. 4. n. 6. ubi ait: *Benedictio nupiarum non videtur esse res gravias, nec VALDE CONGRUENS PROGRESSUS MATRIMONII.* Etenim benedictio nupiarum non est sacramentum, sed quadam sacramentale, nec tanti momenti, quanti sacramentalia, quæ Baptismo præsumuntur. Quamvis autem non vacer culpa veniali illam similiter omittit, tere sine illa causa contra usum, & confuerunt, dinem Ecclesie nihilominus probabile est nullam

, esse culpam ex justa causa, videlicet ratione temporis feriati, in adventu, aut quadragesima, consummare matrimonium ante benedictionem, Ecclesia; cum videatur esse consilium, non præceptum illam præmittere.

XX. Hæc legi, & comparari cum doctrina SS. Patrum, & Conciliorum non possunt, quia animus christianæ disciplinae zelo succendunt. Sacra Pastorum benedictio non videtur esse res gravias, nec valde congruens progressus matrimonii? Matrimonio Catholicorum sacramentum est; et beneficio Sacerdotum non est valde congruens? Quidquid ne plenum aurum offensionis continetur in his verbis, judicent sapientes. Peccant igitur, et quidem mortaliter, qui ante beneficium matrimonium consummavit.

## DISSERTATIO II.

De impedimentis dirimentibus, & impedientibus, eorumque dispensatione.

### CAPUT I.

#### De impedimentis dirimentibus.

I. Undecim impedimenta numerantur post Tridentinum his verbis contenta:

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.*  
*Amen, afolis, si clandestinus, & impostor, Si mulier sit rapta, loco nec redditia tuuo. Hæc facienda vetant connubia, falla retrahant.*

II. QUÆST. I. An error persona dirimat matrimonium? RESP. Error persona iure naturæ irritat contractum, quia hic error admittit consentium, quando una persona pro altera substitutur. Error tamen iste antecedens sit opertus, qui det contractui causam ut dum quis intendit ducere Rachælem paratus non ducre Liam. Disputatur solium error concomitans nullum reddit matrimoniū. Alii adhescant, aliī negant. Mihī probabilior est sententia adfirmans, quia error concomitans quamquam non officia voluntariolum positivæ, efficit tamen negative. Error circa qualitates accidentales, sive sit antecedens, sive concomitans, juxta probabilem sententiam non irritat matrimonium; nisi qualitas accidentalis refundat errorem in ipsam substantiam personæ, vel confessus datum sit solium sub conditione talis qualitas; puta: te duco, si es dives, si es nobilis: alioquin te non duco.

III. QUÆST. II. Quid nomine conditionis intelligitur? RESP. Conditio servitutis prodit. Servi illi dicuntur quorum dominus plenum habet dominium eodem vendendi, locandi, occupandi, &c. & illi vocantur etiam mancipia. Hæc conditio servitutis juxta omnes irritat matrimonium. Disputatur solium num error servitutis irr-

## Diff. II. de Impediment. &c. Cap. I.

ter jure tantum civili, & ecclesiastico, an etiam nature jure. Probabilior mihi sententia est impedimentum istud ab ipso nature jure profici, & à jure positivo determinatum esse. Qui novit aliquam esse servam, & nihilominus eam ducit, validum est matrimonium. Validum est etiam, si quis ignorans esse servam, eam ducat, quoniam & ipso servus sit: quia pars est irriusque conditio.

IV. Tres sunt casus in quibus iura disponunt servum per matrimonium libertatem nanciunt. 1. est eus dominus donum tribuit: 2. quando dominus servam in conjugem recipit, aut domina servum: 3. quando dominus tradit servam libero ignorantia servitutem. In his tribus casibus etiam in ultimo validum est matrimonium. Nam servitus haec nullus momentum est, ac si non esset.

V. In servitu partus sequitur ventrem, ut iura disponunt. Si quis ex matre serva, & patre libero nascitur, servus est. Contra qui à matre libera, & patre servo dignatur, liber est. Servi poena dicuntur damnati à judice ad tritemes, ad perpetuum exilium, ad mortem, quoniam fuga declinant. Istorū matrimonia nulla sunt quantum ad effectus civiles, nempe legitimatio, hereditatis, &c. Quantum vero ab vinculum conjugale, & sacramentale nulla legi ecclesiastica irritantur. Allorum servorum matrimonia, invito domino contrata, nunc juxta omnes rata, & valida sunt.

VI. QUÆST. III. Quid sit impedimentum voti, & ordinis faci? RESP. Votum simplex illicitum, non invalidum efficit matrimonium. Votum sollempne in Religione approbatum emissum nullum reddit matrimonium contrahendum. Item, quod votum simplex in Societate Iesu post biennium Novitios efficit.

VII. QUÆST. IV. Quid sit impedimentum cognationis? RESP. Cognatio triplex, naturalis, spiritualis, legalis. Naturalis dicitur consanguinitas, quasi sanguinis unitas: quia consanguinitas eodem stipite descendunt, & in illo quasi conjunguntur. Cognatio spiritualis est affinitas, quae contrahitur ex Baptismo, vel Confirmatione, & dicitur etiam comparentia. Cognatio legalis ex adoptione legali oritur, & dicitur adoptio.

VIII. QUÆST. V. Quid, & quatuor sit consanguinitas? RESP. Est vinculum personarum, ab eodem stipite descendenter carnali propagatione contractum. Dividitur in lineas, & gradus. Linea est ordinata collectio personarum ab eodem stipite descendenter. Duplex est: una directa, quæ est collectio eorum quorum unus ab altero descendit, ut filius à patre, nepos à filio, & deinceps in infinitum. Haec dupliciter spectatur. Altera est ascendens, quæ sit afeensus à gentiis ad genitores, ut a filio ad patrem, à patre ad avum, &c. Altera descendens, quæ sit a patre ad filium, à filio ad nepotem, &c. sit defensus. Secunda linea est transversalis, quæ est collectio eorum qui ab eodem stipite descendunt, quin unus ab altero ortum ducat, puta fratres, confobrini, &c. Haec duplicitate consideratur. Altera est equa-bus, ut duo fratres, qui eodem gradu ab unicō stipite descendunt. Altera dicitur inequa-bus,

patruus, & nepos, quinque aliter ab eodem stipite distant. Gradus est distanca major, aut minor unius persone ab alia secundum lineam consanguinitatis. Stipes tandem dicitur illa persona, à qua alia consanguinea origine trahunt, ut filiorum pater, nepotum avus stipite est.

IX. QUÆST. VI. Quot sunt regulæ quæ à Theologis, & Canonistis assignantur pro graduum consanguinitatis computatione? RESP. Tres. 1. In recta linea ascendentium & descendentium tot sunt gradus, quot personæ stipite dimicte. Heine pater, filius, nepos, pronepos, abnepos quinque personæ sunt, & quatuor gradus, & filius est in primo gradu cum patre, nepos in secundo, pronepos in tertio, abnepos in quarto: quoniam tot sunt gradus, quoniam generationes. 2. regula. In linea collaterali equali personæ tot gradibus invicem distant, quoniam à communi stipite. Sic duo fratres distant in primo gradu inter se, quia uno gradu distat à stipite. Duorum fratrum filii sunt consanguinei in secundo gradu, quia in eodem à stipite distant. 3. regula est. In linea collaterali inaequali tot gradibus inter se distant personæ, quo gradibus distat à stipite qui est remotor. Quare patruus, & filius ex fratre inaequaliter distat ab avo, in quo conjunguntur. Ille enim in primo, cum sit ejusdem filius, hic vero distat in secundo gradu. Ergo in secundo gradu distat inter se, quia persona remotor duobus gradibus distat à stipite.

X. In linea recta convenienti jus canonicum, & jus civile in graduum supartitione. In linea transversa, feu collaterali jus civile discrepat a canonico. Nam jus civile per personas gradus numerat, torque gradus numerat, quot sunt personæ, & tempore stipite. Sic duo fratres uno quidem gradu distant à patre communis, at duobus gradibus distant inter se, quia duæ sunt personæ: & duorum fratrum filii distant in quartu gradu, quia quatuor sunt personæ, tempore stipite. Contra jus canonicum, non per personas, sed per distanciam à stipite gradus numerat. Ratio canonice suppartitionis est, quia persona in ordinem transverso invicem non conjunguntur, nisi ratione stipitis, à quo descendunt. Ergo nequeunt inter se magis aut minus distare, quam distent à stipite, à quo descendunt. Hinc duo fratres in primo gradu distant inter se, quia ambo in primo cum stipite conjunguntur. Si inaequaliter à stipite distant, ut patruus & filius fratris, eo gradu distante inter se quo distat à stipite qui est remotor, ut dictum est.

XI. In primo gradu linea recta nulla sunt matrimonia iure naturæ, ut communiter Patres docent. Disputant Theologi num in quolibet gradu linea recte sint illicita matrimonia, & numerus Adamus si nunc resurgent, possit alii feminæ nubere; sed hanc disputationem futiliter judicent. Sit enim est, nulla esse utique ad quartum gradum. In quinto enim gradu, aut sunt mortui, aut sunt in estate ita incurvata, ut absurdissimum sit inter eos valide matrimonium contrahere.

XII. In primo gradu linea transversa nulla sunt matrimonia iure naturæ contendunt Soto, Toletus, Lugo, Gonet, & alii. Sed contraria sententia negans probabilior est. Nam initio mun-